



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

3. Auditum est &c. Constitutio ad Richerium Senonensem, & cæteros
Francorum Episcopos, quâ Regem excommunicatum absolvi vetat eosque
ad Synodum Arelatensem invitat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74452](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74452)

primis Raynaldum pro eo quod Episcopus Sylvanectensis sibi subiectus benedictionis sacerdotialis manum ipsis imposuit.

Hortatur Episcopos ut à tanto facinore Regem desisterent compellant.

Et pro ereptione Carnotensis Episcopi instantiam adhibeant.

Excommunicationi subicit Castellam & terram eius qui eum retinuerit.

Data sexto Kalendas Novembris.

III. Ex Labbe Tom. 10. Concil. pag. 443. Edita An. Dom. 1096.

Exordium.

Sanctis Patrum institutionibus à quolibet iuste excommunicatum Episcopo, alii absolvent ipsi quidem Metropolitanus prohibentur.

Neminem ignorare putat quod sola non Synodo precedente, sed Apostolica valeat suo statui restituere quos Synodus inique damnaverit, ipsius vero nemini liceat retrahere iudicia.

naldo; noxa hæc maxime impetit, pro eo quod Sylvanectensis subiectus tibi Episcopus, hoc publici adulterii crimen, suo, ut audivimus, firmavit assensu cum mæchis illis benedictionis sacerdotialis manum imposuit. Quod & si licite nubere bigamis tamen impendi secundum canones non liceret:

§. 3. Nunc igitur vobis Apostolica auctoritate præcipimus, ut his visis apicibus, quod etiam non iubentibus nobis iam dudum fecisse vestram prudentiam decuisset, maturè convenire curetis regem, & ex Dei & nostra pariter & vestra parte instantur commoneatis, arguatis, obsecratis, increpetis, & à tanto, tamque horrendo facinore desistere compellatis.

§. 4. Quod si contempserit, & nobis, & vobis necessitas imminet, ut ad ulciscendas divinæ legis injurias pro nostri officii debito accingamur, & Phinees gladio Madianitas adlateras perforemus.

§. 5. Eandem quoque instantiam pro ereptione confratris nostri Carnotensis Episcopi adhibete.

§. 6. Quod si monitis vestris, qui eum cepit, obtemperare contempserit, vos & ipsum excommunicationi subicite, & Castellis in quibuscumque eum retinuerit, & terræ ejus divinum Officium interdicit, ne similia deinceps in viris hujus ordinis præsumantur.

§. 7. Ut ordinem vestrum diligitis, ita hoc accelerare omnibus modis satagetis. Valere.

Data sexto Kalendas Novembris, anno videlicet Dei Christi MXCII.

Constitutio ad Richerium Senonensem, & ceteros Francorum Episcopos, quæ Regem excommunicatum absolvi vetat eosque ad Synodum Arelatensem invitat.

URBANUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Audium est apud nos quosdam confratres nostros in tantam audaciam prorupisse, ut asserant se nequaquam à regis societate abtenturos, imò etiam Regem ipsum ab excommunicationis vinculo soluturos, quamquam feminam illam, pro quâ per nos excommunicatus fuerat, non dereliquit:

§. 1. Sed qui hoc loquuntur, aut profecto scripturas nesciunt, aut pertinaciter excedere nequaquam pertimescunt. Sanctorum quippe canonum sanxit auctoritas, & ea passim Ecclesiæ consuetudo servat, ut à quolibet iuste excommunicatum Episcopo alius absolvere non præsumatur. Ipsa etiam suffraganeorum ligamenta Metropolitanus, qui videlicet eorum majores sunt sanctorum Patrum institutionibus prohibentur absolvere.

§. 2. Quod si à quibuscumque id servatur Episcopis, videant venerabiles fratres nostri, quemadmodum Apostolicæ sedis valeant acta dissolvere, cum profecto luce jam clarius constet Apostolicæ sedis Pontifici non solum Episcopos, & Primates, sed ipsos etiam Patriarchas, divina institutione subiectos cum noverint ab omnibus ad ipsum, ab ipso autem ad neminem appellandum, cum sciant ei soli fas esse de omni Ecclesia judicandi, ipsum verò nullorum subjacere iudicio. Nec eos illud credimus ignorare, quod sola, nulla Synodo

precedente, sedes Apostolica valeat suo statui restituere quos Synodus inique damnaverit, ipsius vero nemini liceat retrahere iudicia.

§. 3. Certè cum de leprarum, id est de criminum varietatibus ad Moysen Dominus loqueretur; Considerabit, inquit, leprosum Sacerdos, & immundum judicabit; ac deinde subjungit: Et clausus tenebitur ad arbitrium Sacerdotis. Videtis ergo quia ad illius Sacerdotis arbitrium clausus teneri præcipitur, cujus arbitrio judicatus est immundus. Quomodo itaque ad aperiendum manum porrigit, ad quem claudendum os aperire non ausi sunt. Cum quadriduanum Lazarum Dominus suscitasset non legitur ad absolvendum eum circumstantius aliquis se injecisse, dum ipsius Salvatoris præcepto jam viventem, jam stantem, discipuli absolverunt, ut profecto securus daretur exemplum, quia etiam penitens quis solvendus non est nisi per illius arbitrium, cujus voce, vel gemitu à sepulcro criminofus edicitur. Sed neque illud venerabilibus fratribus arbitramur ignotum, quia Deus superbis resistit, propè est autem obtritis corde. Super quem enim respiciam, ait Dominus, nisi super humilem & quietum & tremementem verba mea. Viderint ergo quo pacto peccatorem conentur absolvere, præter illius vel præsentiam, vel præceptum, cujus est iudicio in generali Synodo compeditus. Nobis sanè, & omnibus qui Turonis nobiscum Deo propitiante convenerunt, liquido paruit, & legis, & Evangelii & sanctorum Canonum documentis, nullam solvendi quem nos ligavimus fraternitati vestræ supperere potestatem.

§. 4. Unde & Filium nostrum Francorum Regem, donec Deo in nobis & sanctæ Romanæ Ecclesiæ satisfaciatur, excommunicatum asserimus, & tam Episcopos, quam alios quoslibet ei pertinaciter communicantes esse sancimus, & privilegium potestatis emittere, si quis in ejus absolutione inconcessa abuti præsumperit potestate.

§. 5. De cetero universos vos Arelatem in octavis Apostolorum Petri & Pauli ad Concilium omni seposita occasione invitamus.

Constitutio ad Guichardum Episcopum Constantiensem quæ excommunicationem in Henricum Regem & Ravennatem Hæresiarum à Gregorio VII. latam confirmat, & in eorum sectarios, indè quæ agenda in Clericis ab Episcopis excommunicatis ordinatos constituit.

URBANUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, Guichardo Constantiensi Episcopo salutem & Apostolicam benedictionem.

Quia te speciale post Deum manum nostrarum opus esse perpendimus, & quia specialem in te Religionis gratiam esse cognoscimus, idcirco te specialiter adjuvare, tuisque necessitatibus specialiter subvenire Domino annuente satagimus.

§. 1. Questiones autem quas tuis literis significasti vestris in partibus agitari apud nos satis frequenter noveris commoveri, Fratrum itaque nostrorum communicato consilio diùque excommunicationis questione tractata sancti prædecessoris nostri Gregorii sententiam confirmantes ita eam Deo inspirante determinavimus.

Levit. 13.

Exemplis sacris sententiam confirmat.

Isai. 66.

Francorum Regem donec Deo in se & sanctæ Romanæ Ecclesiæ satisfaciatur, Episcopos aliosve ei communicantes excommunicatos asserit.

Universos Galliarum Episcopos ad Concilium Arelatensem invitavit.

IV.

Ex Labbe Tom. 10. Concil. pag. 444.

Edita An. Dom. 1096. Hanc descripsit P. Jacobus Sirmundus ex Codice Attrebatenf.

Guichardo opem pollicetur.

Propter questionem in partibus Guichardi agitatam, excommunicationis prædecessoris Gregoriam sententiam confirmaturus est.